Non se inuenit qui magis vellet se
q̄ sua Non sunt igitur vxores propter
pecuniam assumende alias eorum
coniugia male finiuntur Nam et
philosophi plures timentes in coniugio frau
dari nubere distulerunt Nam Cicero
rogatus ab hyrcio ut post repu
dium therencie sororem eius duceret
omnibus facere supersedit dicens non
posse se uxori et philosophie pariter
operam dare Nam si pulchra fuit
difficile est custodire quod plures
amant Si aut turpis molestum
est possidere quod nemo dignatur
plures ergo nubere contempserunt
Coniugia tamen licita sunt dummodo
iuste contrahantur quia teste Oui =
dio libro de remedijs Turpi vir
et mulier modo iuncti pugnant hostes
quia sicut quod malo tytulo inici-
atum est malo terminatur sine plu-
ra ex contingunt incomoda Unde
Terencius vno quoque animo omnes so=
crus oderunt nurus Ente odium Et
Ouidius libro methamorphoseos pueiles
exercicio vir coniunx illa mariti
filios ante diem patrios inquirit
in annos Etiam labores Secundum eciam
plura insurgunt comoda utputa
educacio filiorum corporis et prosperi custodia
Rursus aduertendum quod yconomica
exigit filios debite nutriri Unde
Quintilianus libro primo Utinam inquit
librorum meorum mores nos ipsi non
perderemus Nam mollis educacio
quam indulgenciam vocamus vere
nos omnes mentis et corporis fran
git Pueri sunt corrigendi non tamen
nimis aspere quia teste Quintili =
ano libro 2o Ingenia puerorum ni =
mia emendacionis seueritate de =
ficiunt Nam et desperant et dolet
et nouissime odiunt et quod maxime
nocet est quia dum omnia timent
nichil conantur Moderate igitur sunt cor
rigendi sed multi non attendunt
quia tamquam viros puerulos con
cutiunt ut ponit valerius libro
2o Alij uero liberos suos non
instruunt Cuius oppositum Augustus
cesar fecisse legitur Nam filiam
suam et nepotes iussit lanificio
insistere vt ponit Suetonius libro
2o de 12 cesaribus Rursus pa-
trifamilias filios debet discrete regere
suos non spernendo sed amabiliter
alloquendo Unde Seneca ad lucil
lum epistola xl Illos inquit rideo
qui turpe existimant cum seruis suis ce =
nare hac enim superbia faciunt in
cenante domino circa ... suorum ... ra
tum nisi stent Unde didimus rex brag
manorum ad allexandrum magnum
In hominibus mei similes seruitute non po =
nimus alioquin seruicia est in nobis se =
quium cogere eos quos nobis fratres
eadem natura progenuit et quibus
a deo pre communium bonorum spondet
hereditas Serui ergo sunt quam
imponenda onera Unde narrat
Valerius libro quarto quod cum plato
aduersus seruum semper dilectum vehe
menter exarsisset ut vindicte mo
dum haberet castigacionem sui serui
spesippo amico suo commisit Unde


© Universitätsbibliothek Freiburg

gefördert durch Baden-Württemberg